

Poesis Sacra Sive Vitae, Mortis, Et Resurrectionis Salvatoris Nostri Jesu Christi Historia

Hermanni, Joachim Heinrich von Hildesii, 1743

VD18 10904743

5tò. Ejusdem à Regibus adoratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68828

Lucifer ignivomo tonat, ût fera bellua, rictu:
Quid sibi vult stolidus Patrum concentus? & audit,
estim Quòd Dux, qui populum salvet, venisse putetur.
Nos infelices! totus reboabat Avernus:
Hi tandem placido potiuntur sine dolorum;
Nos cruciat miseros mera desperatio: nullus
Finis adest. Numeres annorum millia mille;
ades Finis abest: duplices, triplices; nec meta malorum.
O infensati! facilis descensus Averni,
ante Sed revocare gradum nulli conceditur. Ergò
m. Dum sumus in vivis, & Christi morte redempti,
Hæc soca pænarum solido virtutis amore
rus Atque exercitio vitemus: quidquid in Orbe
re: Sensibus arridet, vanos quoque sortis honores
sum Salvisico sulti spernamus Nomine JESU.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ

INDUCTIO QUINTA,

S. MATTHÆUS CAP. 2.

Cum ergò natus effet Jesus in Bethlehem Juda in diebus
Herodis Regis: ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam dicentes: Ubi est, qui natus est, Rex Judæorum?

Is, il vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare
por eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis
lerosolyma cum illo &c.

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Jesus Christus à tribus Magis, seu Regibus ex oriente, stellà novà, veluti signo bilaritatis. Bethlemium Juda deductis, triplici munerum Hieroglyphico, videlicet thure, auro, & myrrharegaliter honorasur; &, sicusi santam Majestatem decet, humili devotione addratur &.

Notificasse viris sola de plebe; sed instat, Hæc nova quamprimum cunctis exponere terris. Quip-

s all

efun

Vatu

tus.

no;

fpil

do,

rval

Lu

H

H

Mi

Flo

Ut

Se

Fo

Ha

Sec

Eff

Qui

Her

Jt, t

Quippe, quod attingit communia comoda Mundi Hoc manifestari quoque convenit omnibus. Und Mirandum celfo suspendit in æthere signum, Nullo crine minax, nec fævå luce corufcum, Sed nimium blandis rutilans per inania flammi Omnibus oftendit populis, quod venerit Hero Qui de morte simulStygioqueDracone triumphe Hanc Hebræa super radiare cacumina stellam Qu Intuiti cives Solymæi, fidus inane

Fortuitumque putant, dum contrà Solis ab on Mat 2 Hoc jubar aspiciunt animo meliore Sabæi. Hinc tres ex illis, quos Regia purpura claros, Et Divinarum concessa scientia rerum, Reddiderat, stimulabat amor, per sidera terris Notificata suo proprio contingere visu. Collectis igitur, sibi quid conducat agendum, Consiliis statuunt, Solyman non deside gressu Accelerare simul: voluçres amor addidit alas. Aggrediuntur iter, properant, & denique campo Con

Hortos, & turres, & celfa Palatia magnæ Aspiciant urbis. Gavisi desuper, optant Pon Tantorum Dominam populorum intrare; recep Dod Magnificum mirantur opus, pulchramque facrat Dife Delubri formam. Quærunt, ubi Regius Infans, Uni Cujus in adventum specioso lumine stella Præ Inter sidereos hodiedum fulgeat ignes? Tu Instant quarendo, satagunt cognoscere: nemo prog Præterquam quod ibi popularis fama recenter

Sparserat, ad lubitum poterat satiare rogantes. His Fertur ad Herodem popularis rumor, adesse Dist Ex Oriente viros præcelsi nominis; omne Vulgus opinari, tres Reges esse Sabæos.

Herodes truculentus erat; sed callida vulpes

Si quæ res egeat vestiri fraudis amictu. Und Hinc ad se Reges invitat, pluribus ornat Obsequiis: si quæ cupiant, ea facta putarent. Hic tua, qui ficto vultu suspendis amicos, Pingitur effigies: vasto promittis hiatu nmi Qualibet; ast pressa turgent sub pectore fraudes. [ero Muscipulam pedibus ponis, dum strata viarum phe Floribus exornas. Quærit Rex perfidus ultrò, Quæ fuerit ratio per tanta pericula terras Israël aspectu proprio decorare? sed illi, Ut decet ingenuos, fincero corde fatentur: Se vidisse domi super ardua culmina Judæ Formosam rutilare facem; spectabile signum ris Quæque teneretur terrarum natio cultum. Hæc nova versutum turbabant nuncia Regem, m. Et Proceres ejus, Solymaos denique cives, sed ne conjicerent, quæ sit sententia Regis, as. Comiter excepti multo tardantur honore. npo Convocat intereà, quidquid credebat in urbe Esse peritorum, Judææ Lumina gentis, Pontifices, Scribas, Pharisæos: magnus in aula cep Doctorum confluxus erat: monumenta librorum Discutiunt, relegunt, scrutantur tempora, donec s, Unisono docti conspirent ore, citantes Præ reliquis veterum, Michææ verba Prophetæ: Mich. Tu Bethlêm Judæ, Princeps non infimagentis; Cap.5. mo Progredietur enim de te Dux ille supremus, er Qui domui Jacob omni dominabitur ævo. es. His ità discussis, sævo terrore repletus sie Dissimulat, tacitoque coquit sub corde dolorem Herodes; triademque Ducum regaliter orat, It, tectà novitate rei, discedat in urbem

Beth-

n

s,

S

Pi

M

U

Q

Bethlehemam, puerum que pio conamine quæran Ir Adjicit his precibus, si, quod speraret, eunde M Inveniant, fubitis referant cursoribus aula; Se quoque venturum, merito Regalia cultu Exhibitum puero, condignáque dona folutur Illi, se Solymam redituros, & sinè fraude Cuncta relaturos (quæ sors optata dedisset, E Bethlehemæ proprio sensu cognoscere) Regi Promittunt. Renovatur iter; Solymisque relich Verticibus superesse suis peramabile lumen Sideris in patria visi, ductoris adinstar, Suspiciunt hilares. Præcedit stella, sequunt A Devoti Reges: stetit hæc, missisque deorsum Le Luminibus stabulum certo velut indice fand Qu Demonstrat. Nemo poterit, mea Musa, Magon-Si Festivos plausus digna celebrare poësi. Ante fores stabuli, latis super Æthera votis Perpendunt, quâ laude Deum, quo denique dEt Q Conveniat prolem decorari. Dives amoris Copia suppeditat, quæ sit via recta juvand Ec Hospitio exclusos, inopes, stabuloque recept Int Ingressi caulam, Puerum Matrémque venus Ej Et super humanam formam speciémque deco At Inveniunt, flexoque genu venerabile Num No Impositum gremio sub amictu carnis adoran Te Ho Quod patriæ cives, Davidis & ipsa propago Vi Concivi, proprioque fuo de fanguine nato, Obsequium præstare vetant, post magna locon An Eff Intervalla, viæ curas, durósque labores Ne Nequaquam Divæ proli, dulcique puello Athiopum Tharfisque Duces deferre gravanti Inf Son Hi fua supponunt diademata Regia cunis In pecorum stabulo; dant oscula plurima faciling æran Infantis pedibus; deponunt divitis auri nde Munera, thus, myrrham, fragrantia dona Sabarum. ilæ; Thura Sacerdotem, fed Regem denotat aurum, altu Myrrha salutiferæ lugubria funera mortis. utur Sunt arcana quidem, sed signa notantía totam ude Progenitæ prolis vitam. Nam Mysta supremus Melchisedéchque suit, Regum de stemmate natus, et, egi Et mera pro toto redimendo victima Mundo, elic Uranie, tu fola domum specularis Olympi, en Quæ fuerit genuina trium fortuna Magorum, Commemora: dicis justos, doctosque fuisse unt Astronomos, Reges, & Regumsanguine natos, rsun Legibus addictos, solida pietate refertos; Sand Qui Ducis æterni Natalia festa recenti gon-Sideris ostento patriis didicêre sub oris. Astipulor dictis; quis enim tam dissita Mundi otis, Climata desereret, si non sincera dedisset nea Et robusta spei siducia? scilicet illum, Qui nos captivos redimat, fub carne videndi. nd Ecce preces cumulant, non cassa crepundia; soli cept Intenti Puero, gaudent; suspiria sursum nul Ejaculantur: agit furvos nox alta jugales; eco Attamen in stabulo retinet devotio Reges Jum Non saturos visu: sed ne consueta quietis ran Tempora disturbent, abeunt; dignoque receptis Hospitio dulci clauduntur lumina somno. Vixque soporatis assistitab Æthere missus con Angelicus Juvenis, placido qui nunciat ore, Esse voluntatem Domini, ne Regis ad aulam, Nec Solymam redeant; moliri fæva Tyrannum, anti Infantisque necem, Reges abeunte sopore Somnia combinant, statuuntque relinquere Jufacilnque suos fines mutato calle reverti. Hanc

Hanc visi seriem properant concredere Matri Virgineæ, ac sponso Joseph, suadéntque cavere E Ne Puer in tanti maneat ditione Tyranni: Se tamen ambiguis curarum motibus angi Nullo posse modo; quod enim suprema volun Pr Numinis immensi volet asservare, nefandi (ta In Nequaquam poterit Regis molimine tolli. E Res patet exemplo; vidit per climata Judæ Re Herodes homicida novum radiare cometam, No Audivitque Magos, Scribas, Legisque perito Vi Insuper Hebræas dici spargique per urbes, 00 Advenisse Ducem, qui liberet Israël, audit: Pr Attamen in stupido vivit remanétque vetern Fo Securófque trahit crudeli ex pectore ronchos, In Exspectando Magos, & quid de Principe na Co Ulterior referat vulgi dictamine fama. Ipi Hæc Cœlestis erat Domini directio; Regem, Du Ne ruat ante diem celerem malesanus in iram, Et Sub freno retinens: rabiei supprimit ignes Of Fortiter, & lento tardat molimina ductu. Ou Hinc, ut Idumæi vitent confortia Regis Off Æ Ac Hierofolymam, per Cœli jussa Sabæos Instruit in somno; qui demonstrata secuti, Ite Non Hierofolymam, sed flexo tramite fine Ad Æthiopum relegunt, illuso Rege Tyranno. Qu Accedunt puerum, renovant sua vota, tenel Vic Infigunt pedibus dulcissima basia: Matri Qu Et sponso suavi valedicunt ore: molestum Qu Aggrediuntur iter, læti, quòd ab Æthere du Eji Heroem, totum qui crimine liberet Orbem, Vie Intuiti fuerint. Verè dignatio celsa! An Quam meruit generofa fides, quæ Solis ab ort Sal Reges ad pueri cunas nascentis adegit.

Tanta fides, tantusque labor, fine divite fructu vere Esse minus potuit: duplicato sænore reddunt, Quæ facimus, Superi. Fuerit labor arduus, altos Contiguosque Polo montes ascendere, valles olun Præcipites, ruptasque vias absolvere, multis (ta Innumerisque rapi per densa pericula curis: Estò; sed in mentem revocemus præmia, sanctis dæ Regibus in Cœlo fructu locuplete repenfa. m, Nos melior fortuna beat; non cogimur Indos rito Visere, purpureis ubi Sol caput exerit undis, Occiduisque tegit, non frigida climata Mundi: lit: Præ foribus nostris Deus est; non amplius inter ern Fætentis caulæ paleas quærendus. Adeste hos, In Christo Fratres! adeamus templa, precemur ena Cordibus erectis, inibíque videbimus illum Ipsum, quem Reges Orientis, sidere miro m, Ducti, quærebant, humili sub imagine panis am, Et vini populo pretiosa morte redempto nes Ostendi, humana rursum pro gente litari, Quodque stupescendum magis, in potumque ci-Offerri. Certe Divina refectio, nullis (bumque Æquiparanda cibis, æternæ tessera vitæ! iti, Ite pii Reges, vestros animate, reversi fine Ad patriam, cives; sanctis accendite flammis, no. Quidquid habet lumen rationis; dicite: nostro nel Vidimus intuitu Dominum, qui condidit Orbem, Qui regit ætheream justo moderamine molem, m Quíque nives gelidas spargit, qui nube salubri dud Ejicit optatos terris sitientibus imbres, m, Vidimus in pueri specie, qui carcere solvet Antiquos Patres, qui, ruptis nexibus, omnem or Salvabit populum, qui denique conteret Orcum.

C

POE-

I'an